



NOTÆ

IN

EPICTETI ENCHIRIDION.

CAP. I. §. I.

Υποληψις, quæ & ἰδέα & φαντασία dicitur, est prima quæque extrinsecus animo objecta rerum species v. prima rerum in animo facta perceptio & existens inde de rebus, utcumque comparatis, bonis sc. aut malis, opinio atque iudicium.

Ὁρμή 2: τὸ πρῶτον τῆς ψυχῆς κίνημα, primus animi motus & impetus ab illa opinione excitatus, quo ad appetendum vel averfandum ferri se sentit. 3: quo vel ad rem inclinatur se, vel a re declinat animus. Atque adeo h. l. generaliori sensu sumitur: nam alias strictiori sæpe sensu sumta ὁρμή, opposita τῇ ἀφορμῇ, eadem est, quæ ὁρεξις opposita τῇ ἐκκλίσει.

Ὁρεξις, aliis ὁρμή, & ἐκκλίσις, aliis ἀφορμή dicta, primum illius motus ac impetus animi subsequens appetitio boni & averfatio mali, cum conatu ac studio quodam illius obviandi, & huius avertendi conjuncta.

Ἡμέτερα ἔργα, quæ & ἴδια seu opposita τοῖς ἀλλοτριῶς infra dixit, phrasi nostris quæque philosophis familiari dicuntur omnia, quæ liberæ nostræ voluntatis arbitrio ac imperio subjecta sunt. Quare sunt synonyma τοῖς ἐφ' ἡμῶν. In his primam posuit ὑποληψίῳ, nec immerito, quod illa de rebus opinio sola mentis attentione rebus vel adhibita vel non adhibita, & modo, quo sit adhibita, nititur: est autem, quod omnes consentiunt, attentio animi nostri actio naturâ maxime libera: cujus proinde libertate primo ὑποληψίῳ, deinde ὁρμῆς & ὁρεξίῳ pariter ac ἐκκλίσει libertas nititur.

Δόξαν h. l. aliorum de nobis existimationem v. honorem & externam gloriam, utpote cum ἀρχαὶ conjuncta voc, significat. Quando vero σῶμα, κτήσιον, δόξας & ἐρχάς, negat esse nostra in potestate posita, hoc non omnino & ex omni parte sic intelligendum est, sed opposite & relative ad τὰ ἐφ' ἡμῶν & τὰ ἡμέτερα ἔργα, quæ nulli prorsus sunt aliæ vel externæ potestati subjecta.

§. 2. Φύσει ελεύθερα naturā liberā vocat ea, quæ a sola interna vi & natura animi proficiſcuntur, nec ulla poſſunt externa vi cogi, ut rebus attendere, hinc has vel illas rerum ideas mente percipere, ipſasque res exinde vel appetere vel averſari. Sic e. gr. cogi poteſt corpus, ut inclinatum coram idolo procumbat, ſed ut pium hoc atque juſtum judicet, aut ceu tale volens faciat, cogi non poteſt.

Ἄδενῆ, δούλα, imbecilla, ſerva, τοῖς φύσει ελεύθεροις oppoſita ſunt, & ea ſignificant, quæ externa vi, cui reſiſtere non valeant, & externa neceſſitati, quaſi ſervituri cuidam, ſubjecta ſunt.

Ἀκώλυτα, ἀπαρεμποδίζα, quæ externa vi prohiberi, impediri nequeunt. Sunt hæc duo ſynonyma. Eſt enim ἐμποδίων proprie quicquid pedibus objectum eſt, quo prohiberi poſſit progreſſus: unde generaliori ſenſu pro quolibet impedimento ſumitur: atque adeo ἐμποδίζεσθαι & ἀπαρεμποδίζεσθαι idem quod κωλύεσθαι.

Κωλύτα, ἀλλότρια igitur tanquam ſynonyma ſynonymiſ oppoſuntur τοῖς ἀκωλύτοις, ἀπαρεμποδίζοις. Nam ἀλλότριον h. l. dicitur, quicquid aliena vi ac poteſtati ſic ſubjectum eſt, ut ea cogi, prohiberi ac impediri queat. Satis igitur & artiffime (quanquam Cl. Heurnio ſecus viſum eſt) ut φύσει ελεύθεροις τὰ ἀδενῆ, δούλα, ſic τοῖς ἀκωλύτοις, ἀπαρεμποδίζοις ceu oppoſita reſpondent κωλύτα, ἀλλότρια.

§. 3. Μέμνησο — βλαβερόν τι κείνη) Scilicet ex hac rerum oppoſitarum, τῶν ἐφ' ἡμῖν, ἡμετέρων, ελεύθερων, & τῶν ἐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλοτρίων, δούλων, quam opinione, atque hinc orta vel appetitione vel averſatione facimus, confuſione, dolor omnis ac perturbatio animi ſuam trahit originem. Noſtram igitur ὑπόληψιν, noſtram ὄρεξιν vel ἐκκλιſιν ſi ad ea ſola revocamus, quæ ſola noſtra nec aliena ſunt in poteſtate, nihil nobis poteſt adverſum accidere, ἐχθρόν ἐχ' ἔχομεν, εἰδείς ἡμᾶς βλάψει, quia nemo nobis averſari vel nocere nec adeo inimicus fieri poteſt, cum nihil, quod illius in poteſtate poſitum ſit, appetimus vel averſamur. Epicteti quidem paullo clarior videri hæc ſententia poteſt, & an proſuſ eadem ſit naturæ, dubito. Nam externa certe mala, quæ nobis inferri ab aliis poſſunt, quatinus fruſtra quidem averſemur, ſi nequeant impediri, quin iis doleamus tamen, Ingemifcimus, quis nobis niſi Gorgoneo forte capite Perſeus quidam præſtabit?

§. 4. Τηλικέτων ἐφιεμένος) ἦνε; ἦνε; & ἦνε; aliena credo, externa illa, τὰ πρὸς κτήσιν, δόξας καὶ ἀρχάς, & quibus ſupra.

Ὅτι

Ὅτι ἂν δεῖ, ἀδὲ μετρίως, κεννημένον ἀπτεῖσθαι αὐτῶν) Male vertitur, non oportere mediocriter commotum ea attingere, quasi vero vehementer commotum vellet & de talibus sermo esset, qualia quis vehementer commotus expeteret. Verte, non oportere ea, ne mediocri quidem studio incitatum, attingere, atque sic textus ad sensum quoque rite distingvendus foret. Loquitur de talibus, quæ, suspensio desiderio, partim omit-tenda sunt, partim differenda.

Ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα ἐθέλης, καὶ ἀρχεῖν, καὶ πλετεῖν) Per ταῦτα proxima videntur intelligi, quæ sc. in præsens differen-da dixit, qualia sunt e. gr. parere domum, uxorem ducere, & omnino externarum rerum, quicquid libertati ac virtuti nostræ nihil obsit, cum τὸ ἀρχεῖν & τὸ πλετεῖν ad illa referat, quæ remotiora sunt & prorsus omittenda. Et sic infra quo-que αὐτῶν τέτων de differendis & τῶν προτέρων de illis, quæ prorsus omittenda dixit, qualia sunt honores, divitiæ, vo-luptates, intelligenda sunt.

Ἐκείνων ἀποτέξῃ, δι' αὐν) per ἐκείνα, nisi fallor, intel-ligendum est non tam rerum distinctarum prius illud genus, quod dixit, τὰ ἐφ' ἡμῶν, ἡμέτερα, ἐλεύθερα, quam in his ipsis τὰ κατὰ φύσιν, quæ sunt interna & libera animi bona, in qui-bus & virtus omnis ac honestas & felicitas nostra versatur. Cic. off. I. 20. cavenda est gloriæ cupiditas: eripit enim liber-tatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio: nec vero imperia expetenda, ac potius aut non accipienda inter-dum, aut deponenda nunquam.

§. 5. Φαντασία τραχέα visio aspera, mea quidem senten-tia, non ea est, quam Heynius voluit, tristis, acerba, in-grata, sed ἡ τραχέως κινήμεθα: nam respicit id, quod supra dixit, ὅτι ἂν δεῖ, ἀδὲ μετρίως, κεννημένον ἀπτεῖσθαι αὐτῶν.

C. II. §. I. Ὁ δὲ ἐν ἐκκλίσει περιπίπτων) Sic forte rectius quia præcedit ἐν ὁρᾷ. Recte tamen ἐκκλίσει περιπίπτων sic di-ci potest, ut ἐκκλίσει vel sit dativus objecti, vel ablativus medii, ut subintelligatur τῷ ἐκκλινομένῳ: qui declinando in idem illud, quod evitat, incidit. Hinc ἐκκλίσεις περιπίπτουσαι illæ sunt aversationes, quibus in id, quod evitamus, incidi-mus. Sed multa nomina pro rebus objectis apud Auctores occurrunt, ut φόβος Κυρίας de horrendo die iudicio 2 Cor. V. v. II. ἐλπίς, πίσις pro objecto spei, fidei Col. I. 5. Gal. III. v. 23. μαρτύριον pro re testificanda 1 Tim. II. 6. ἐρις pro re, de qua versatur contentio Hom. Iliad. A. 319. μῦθος, ἔπος pro re dicta v. dicenda v. de qua sermo versatur Hom. Iliad. A. v. 388. 419.

Τὰ παρὰ Φύσιν τῶν ἐπί σοι) Si φύσιν casus regens genitivum τῶν ἐπί σοι foret, sensus esset: *quæ repugnans natura rerum, quæ sunt in tua potestate posita*: quæ tum forent his rebus opposita εὐὰ ἐκ ἐπί σοι. Sed hic sensus plane contrarius foret animo Philosophi. Nam si hæc τὰ ἐκ ἐφ' ἡμῶν declinarem, in hæc utique per alienam vim incidere possemus contra hoc sequens *Ἐπιπέσει* promissum, ἔδει, ὃν ἐκκλίνεις, περιπέσει. Nihilo minus sic sonat latina versio, *quæ eorum, quæ in tua potestate sunt, natura repugnans*: cuius certe dubius & incertus sensus est. Sed τὰ παρὰ Φύσιν respectu genitivi τῶν ἐπί σοι nominis partitivi vice fungitur. Locum igitur verte sic & intellige, *quare ex iis, quæ in tua potestate sunt, si ea sola averseris, quæ Natura* (sc. tuæ vel aliorum hominum) *repugnans.*

Οὐδενί, ὃν ἐκκλίνεις, περιπέσει) nisi velis ipse sc. certe non per & propter vim alienam.

§. 2. Ἄρον τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν ἐκ ἐφ' ἡμῶν) In his jam nominavit morbum, paupertatem, mortem. Hæc sæpe quidem sunt aliquatenus in nostra potestate, sed in aliena quoque simul posita. Ab his auferendam vult omnem averfationem, quæ sublata, non foret scilicet calamitosus homo. Atque hoc est, in quo naturam ipsam oppugnare videntur Stoici. Nam sublata quamvis, si fieri posset, horum malorum externorum averfatione, sensum etiam, quando acciderint, homini quis eripiet?

Μετὰ δεξ ἐπὶ τὰ παρὰ Φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῶν) Sic intellige, ut supra τὰ παρὰ Φύσιν τῶν ἐπί σοι.

Ἄτυχεῖν ἀνάγκη) Legi malunt ἀποτυχεῖν, quam ob causam nescio. Nam prius quidem est τὸ ἀποτυχεῖν, sed posterius & inde proxime sequens τὸ ἀτυχεῖν, quod quomodo a Philosophi consilio alienum foret, minime perspicio, cum supra dixerit, ὃ ἐν ὀρέξει ἀποτυγχάνων, ἀτυχῆς.

Τῶν δ' ἐφ' ἡμῶν, ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἂν, ἔδειν ἔδειξο σοι πάρεσι) Ut in loco intellectu difficili nihil mutandum censeo. Certe mihi non facilius est, quod ex varietate lectionis maluit *Ἡγεμνίος*, τῶν δ' ἐφ' ἡμῶν ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἂν, ἔγω σοι πάρεσι, hoc sensu, *ea autem, quæ in nostra potestate sunt, quatenus appetere liceat, nondum didicisti.* In phrasi vero, ἔδειξο σοι πάρεσι, omnis difficultas versatur. Discipuli vero juvenem adhuc atatem, propter quam nondum, quid faciendum vel omittendum ipsi esset, didicisset, vel non expetendum aut repudiandum ullum in vita sibi obvium majoris momenti negotium habuisset, respici crederem, nisi generalius & in universum

versum dicta viderentur illa, quæ sequuntur. Ego vero Epicetum sic ausim intelligere: in præsens ὀρέξιν tolle: — nondum adest quod recte possis ὀρέγεσθαι, solo autem τῷ ὀρμῶν καὶ ἀφορμῶν utere, dum ipsa res sic aderit, ut impediri nequeat. Exemplo res fiat illustrior: uxorem forte vis aliquando ducere: tolle ὀρέξιν vel eam in præsens suspende: nondum adest ipsa res, & antequam aderit, multis forte poteris impedimentis intercipi, atque adeo nullus adhuc appetendæ rei locus eris, nisi velis ἀποτυχῶν τῆ πρόγματος ἀτυχεῖν: solo utere τῷ ὀρμῶν μεθ' ὑπεκρίσεως h. e. in universum saltem & leviter & remisse ducere voles cum exceptione, si nihil inciderit, quod impediet, vel eo saltem animo voles, ut cogites, fieri posse ut id perficere nequeas. Ea cum interpretatione conferri volo quæ cap. IV. Philosophus præcipit. Ita, credo, observata distinctio inter τὸ ὀρμῶν & τὸ ὀρέγεσθαι rem expediet, ut difficultas evanescat & omnia cohæreant, ut in universum, non huic vel illi juvenilis ætatis discipulo, dicta. Quodsi præterea verbum ἦν post αὐ excidisse mecum consentias, mihi quidem haud ingratum feceris: certe subintelligendum est, sic ut infra c. 6. οὐδὲν αὐ ἦν plene dicitur.

Ὀρμῶν, sensu philosophico, animo intrinsecus perceptæ rei bonitate sic moveor, ut erga eam saltem propensione quadam afficiar: ut adeo τὸ ὀρμῶν idem sit, quod ἡ ὀρμῆ strictiori sensu sumpta. Ἀφορμῶν contrario sensu, animo intrinsecus perceptæ rei pravitate sic moveor, ut in universum saltem mihi displiceat: ut adeo τὸ ἀφορμῶν idem sit quod ἡ ἀφορμῆ.

Μόνω δὲ τῷ ὀρμῶν καὶ ἀφορμῶν χρῶν) "At si primis animi motibus (verba sunt Heynii) indulget, tum ὀρέξεις, quas tamen interdicit, exoriri necesse est." Immo vero, si τὸ ὀρμῶν & τὸ ὀρέγεσθαι pro tuo velis arbitrio idem esse, quod pro suo quidem Epicetum noluit, qui τὴν ὀρμῆν ab ὀρέξει & ἐκκλίσει manifeste distingvens pro suo loquendi more vult intelligi. Per τὴν ὀρμῆν & ἀφορμῆν internam quandam intelligit animi erga rem bonam vel malam affectionem, quæ quidem intrinsecus manens & quasi suspensa nullo sese appetitionis vel aversionis externo conatu ad rem obtinendam vel evitandam exferit: qui conatus si accedat, ὀρέξιν hunc vel ἐκκλίσειν pro suo vocat loquendi arbitrio. Atque hæc quidem satis probabilis ratio est, cur τὴν ὀρέξιν sublatam atque suspensam, sed τῷ ὀρμῶν ac τῷ ἀφορμῶν saltem κῆφως ac ἀνειμένως, ita ut in ὀρέξιν & ἐκκλίσειν non erumpant, utendum esse velit, donec sine ullo impedimento res adsit, cujus ὀρέγεσθαι καλὸν αὐ ἦν.

C. IV. τοὺς ἀπορρέοντας, τοὺς ἐγκρομένους) Hanc lectionem vulgatis probatiorē revocavi ex ed. Ven. 1535. Naog. Wolf. & Ms. Gerdes. A. Salmaf. inde legebatur ἀπορραίνοντας & ἐγκρομένους, quod vert. perfundi & loco pelli. At Epictetus vult eum, qui aliquam rem aggreditur, animo secum reputare, quot casibus impedimentis & periculis res obnoxia sit. Atqui in balneo perfundi nihil est adversi. Loco vero pelli non nisi dure intelligendi essent, qui cum lavatum assederunt, ab aliis foras eijciuntur. Sed & illi lectioni, quam recepimus, quid facerent, non videbant interpretes, nam exposuerunt similiter, alios perfundi, alios loco pelli. Mihi potius de trusione & ἀδισμῶ turbæ exeuntium e balneo & ingredientium, dum mutuo se premunt, & urgent, accipiendum videtur: in quam rem v. LUCIAN. Nigr. c. 13 & 34. SENECA Ep. 56. ARRIAN. IV. 8. (Laudat porro SCHWEBEL. Hor. Sat. II. 6, 28. 29.) Ἀπορρέοντας de turba abeuntium, ut ἐπιρρεῖν de multitudine accurrentium, ὑπορρεῖν &c. ἐγκρομένοι, qui per turbam confertam ingredi nituntur, atque hinc apte οἱ λοιδορῶντες, uti fit in turba tumultuante, subjunguntur. H.

Τὸς κλέπτοντας) In balneis vestes a λωποδύταις vestium furibus auferri sæpe solebant: quare ἀποδυτήρια, loca, in quibus vestes exutas repositasque custodiebant quidam ἱματιοφύκαμας dicti, balneis erant adjuncta.

C. V. Ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς) Resolve hoc & intellige sic, ἐπ' ἐκείνοις, ἃ αὐτὸς κακῶς πράσσει, propter ea, quæ ipse prave facit, quod sc. pravus sibi suas opiniones non exuit. Aliàs κακῶς πράσσειν ille quoque dicitur, qui in malis versatur.

C. VI. Χρήσις Φαντασιῶν) Hinc videmus, quomodo supra velit intelligi, ubi dixit C. I. ὑπόληψιν, id est, Φαντασίαν ipsam nostra ipsorum in potestate positam esse. Scilicet non semper est in nostra potestate, quæ & quales externarum rerum species animis nostris objiciantur. Sic efficere non possumus, quin oculis, auribus, naribus, res quædam, ut horrenda, terribilis, molesta, odiosa, accidat: sed eas impedire sæpe, avertere, mutare, nostras de rebus opiniones & averfationes suspendere, donec, rebus accuratius riteque consideratis, rectas de illis opiniones concipiamus: atque hæc est illa χρήσις Φαντασιῶν, quam esse nostram dixit.

Πάρεργον dicitur quicquid præter institutum opus aut negotium, ut ab instituto alienum, suscipitur. Ὅδῃ πάρεργον, quod ab instituto alienum suscipitur. Vel adjective vel adverbialiter

vialiter hæc phrasis cum alio verbo construitur. Hoc loco si legas, quod textus habet, ὁδὸς μὲν πάρεργον ἐστὶ καὶ κοχλίδιον ἀναλέξασθαι, tum, si ἐστὶ valeat ἔξεσι licet, phrasis adverbialscit cum verbo ἀναλέξασθαι: sin valeat est, adjectivum est τὸ πάρεργον. respondens τῷ κοχλίδιον ἀναλέξασθαι. Lectionem autem (variat enim lectio) si malis hanc, ὁδὸς μὲν πάρεργον καὶ κοχλίδιον ἀναλέξῃ, etiam cum hoc ipso verbo phrasis naturam induit adverbii. Ad præsentem lectionem redde sic, *obiter quidem, licet, cochleolam legas, v. ab instituro quidem alienum est, si cochleolam legas.* Sed prius, ut ad rem ipsam & quod infra dicit, ἔδὲν κωλύσει aptius, mihi quidem magis placet.

Ἴνα μὴ δεδωμένος ἐμβληθῆς, ὡς τὰ πρόβατα) Jam, quomodo de rebus externis, iis quidem, quæ innoxie haberi possunt, sentiendum sit, docet. Ut vero hæc recte intelligantur ante omnia monendum est, bonum *Epictetum* suæ sortis ac conditionis memorem, de servo remige cogitasse. Aliter illud non succederet, quod vocante gubernatore non respondentem statim in vincula conjici narrat; id quo non nisi in sociis navalibus locum habere potest. H. Mihi secus videtur & voluisse quidem *Epictetus*, quam docendam aggreditur, rem tantum simili-quodam & e communi vita petito exemplo illustrare: nec ipse quia servus, ideo remex erat: allegoriam pulcherrimam ego, nec præter eam quidquam video.

Ἐὰν διδῶται γυναικάριον καὶ παιδίον, ἔδὲν κωλύσει) An hæc iis ex rebus sunt, quæ innoxie haberi possunt? Detur sane γυναικάριον, quod propius quidem, si velit, ad naturam & honestatem poterit accedere. At παιδίον? ἔδὲν κωλύσει, bonus inquit *Epictetus*. Quam vereor, ne servile quid ipsi, & Philosopho indignum exciderit. Supra præcepit idem c. 2. τὴν ἐπιχθισίαν μετὰδὲς ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν. Istiusne τῆ παιδία χρῆσις foret κατὰ φύσιν? Nisi essent, qui Scriptorum integritatem integritati morum præferendam censerent, ego quidem, si vel maxime γυναικάριον, cui quidem hic poterit honestus locus, ut in vita honestus usus esse, lectori juveni reliquisset, pro παιδίον tamen legendum dedisset, ἢ ἄπερὸν τι πρῶτον τῶν πάρεργων, quo sanum & salva morum integritate subjungi posset hoc, ἔδὲν κωλύσει. Nunc, si quidem salva volumus & integra verba, imbecillioris ætatis causa hoc certe suaserim, ut præceptores interpretatione quadam generali, quæ genus tantum & innoxium qualemcunque usum, speciem vero & abusum rerum non attingit, earundem tegant turpitudinem, dum illa mens & ætas cerea nonnullum ita satis honestis præceptis imbuta sit & adversus sigillum obturuerit, ut discat simul & respuat, quod turpe sit.

Μή-

Μήποτε καλεόμενος ἑλλήτης) In MS. Hafn. post ἑλλήτης adduntur, καὶ δεδεμένος βληθῆσθ' (rectius foret ἐμβληθῆς) ὃ γὰρ ἐκὼν μὴ ἐπόμενος, ἀνάγκη τῷτο κίσεται. "Sed difficile est judicare (verba sunt Heynii) an hæc ab *Arriano* sint, cum tot passim e margine interpretamenta in verba philosophi irrepserint." Haud aliena tamen a consilio quasi de morte cogitantis philosophi accessio nisi cum olim visa esset, postea sententiam mutavit, addita hac interpretatione: *posse quidem rebus externis*, (propius ut verba ipsa sic rem attigisset, si dixisset, *παράφοις* ὃ: ab instituto alienis rebus) *adeoque fortunæ muneribus* (innoxiis vitæ voluptatibus) *uti sapientem, si se obtulerint; eo tamen animo, ut quandocunque iis iterum cavendum sit, æquo animo eo reddat* (ut quandocunque ab illis ad institutum revocetur, facilis & expeditus illas relinquat.) *Sin senex sit, ne uti quidem volet rebus externis* (ne se alius illis immergat: hoc enim est, a nave longius recedere) *ne animus ab iis illaqueetur* (ne revocatus ad institutum segnis & lentus deficiat) Ita si substituas ubique quæ inserui, ut ad verba, sic ad consilium philosophi propius accedet interpretatio: ut adeo accessio ista ab interprete quodam profecta sit, cui de morte cogitasse visus est philosophus.

C. VIII. Ἐυροῖω, secundo & tranquillo vitæ cursu prospero successu rerum utor (ab εὐ & ροή fluentum.) Opposite δυσροῖω dicitur, cui res parum prospere succedunt, nec ex voto fluunt: unde nomina εὐροια & δυσροια de prospero & secundo vel improspere & adverso rerum cursu, fluxu, successu solent usurpari.

C. X. Τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῆς) h. e. qua vi, qua virtute, qua potentia animi instructus sis, ut recte te in ea re geras; ut neque ejus illecebris captus & illaqueatus eam temere amplectaris, nec ejus asperitate & difficultate victus ab ea refugias. H.

C. XII. §. I. Προκόπτω, proficio, verbum Stoicis proprium, quorum ex usu loquendi non tam is προκόψαι dicitur, qui instituta & dogmata philosophiæ stoicæ jam addidit, sed qui illorum ex præscripto jam virtute melior & perfectior homo evasit. Schol. ὃ μόνον ἐπὶ ἀσκήσει καλῶ λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ κακῶ ἀπλῶς δὲ προκοπὴ καὶ προκόπτω χωρὶς προσθήκης ἐπὶ καλῶ τίθενται, ὡς ἐνταῦθα, εἰ προκόψαι θελεῖς, ἀντὶ τῆς, ἐπὶ ἀσκήσει τῆς καλῆς ἐπιθεῖν.

Διαλογισμὸς, ratiocinatio, plus est, quam simplex λογισμὸς, cogitatio, quæ est ἡ ἐνδύμησις. Secundum Scholias, διαλογισμὸς est ὁ πολυπράγμων λογισμὸς, ὁ ἔξιστασμίος καὶ

καὶ ἐσηριγμένος τῷ νόῳ, καὶ ὃν κρινόμεθα. Eodem sensu occurrit Rom. XIV. 1. τὸν ἀδενῶντα τῇ πίσει προσλαμβάνετε μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν.

§. 2. Προίκα δὲ εἶδὲν περιγίνεται) περιγίνεσθαι ἐκ τινὸς dicitur, quicquid ex te aliqua sit lucri, ut, τὸ ἐκ φιλοσοφίας περιγινόμενον, quod ex philosophia commodi capitur, h. l. sine adjecto προίκα εἶδὲν περιγίνεται, gratis nihil sit lucri, nihil utilitatis aut commodi percipitur.

Καλῶς ἐσί μοι, σοι, αὐτῷ) sc. πεποιημένον, ita me, te, eum decet fecisse. Ita h. l. infra: ὅπως δὲ σοι καλῶς (sc. πεποιημένον εἶσαι) ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ μὴ ἦ, omnino vero recte feceris, ne sit illius in potestate positum: v. omnino vero tibi decet, ita te gerere, ne sit &c. v. non committere, ut sit &c.

C. XIII. Ἔνεκα τῶν ἐκτὸς) h. l. respectu rerum externarum v. quod ad res externas attinet. Similia exempla sunt ab Heynio allata e LUCIAN. Nigr. p. 26. τέτα γὰρ ἔνεκα Tim. p. 162. ψεύσματος ἔνεκεν. SYN. ep. 4. p. 165. τῶν χρημάτων ἔνεκεν. Unum addo N. T. 2 Cor. III. 10. καὶ γὰρ εἶδὲ δεδούξασαι τὸ δεδοξασμένον ἐν τῷ τῷ μέρει, ἔνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης. Sunt autem τὰ ἐκτὸς, honores, divitiæ, potentia, gloria, & quæ his contraria sunt, qualia quidem neque bona neque mala videri, adeoque nec expetenda, neque fugienda esse Stoici voluerunt, qui, quicquid honestum esset, id unicuique bonum, quicquid turpe, unicuique malum statuebant. Hæ res externæ ab aliis philosophis statuebantur vel bona vel mala externa. Hoc loco per τὰ ἐκτὸς speciatim intelliguntur, quæ ab illis & vulgo bona externa habebantur.

C. XIV. §. 1. Θέλεις γὰρ τὴν κακίαν, μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλοτι) Hoc quidem vel hunc sensum habeat, vis enim, ut, quod prave factum sit, infectum esset, h. e. non ita, sed contrario modo factum esset, vel, vis enim, ut quod homini vitium inest, tale non esset. Cæterum Epicætes minime sic intelligendus est, quasi vituperet, si quis emendatos pueri sui mores cuperet, quatenus cum ratione possent emendari. Sed de eo loquitur, qui peccanti puero vehementer commotus irascitur & verberibus iratus expellere vitium cogitat, quasi vero id esset jam sua in potestate positum, ut vel jam non deliquerit puer, vel posthac non delinqvat.

Ἐὰν δὲ θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τῷτο δύνασαι) quomodo? si sibi quidem hoc ex Epicæte præcepto proposuit, ut ne quid appetat, nisi quod sua sit in potestate positum.

C. XV. Περιφερόμενον γέγονε (ᾧ: περιήλθε) τι κατὰ σε) Propositio conditionalis cryptica, pro εἰ περιφερόμενον γέγονε, sicut

ficut mox infra, παρέρχεται, & ἀπο ἡμεῖς, ficut & illa N. T. I Cor. VII. 21. δῆλος ἐκλήθης· 27. δέδοσαι γυναῖκι· λήσσαι ἀπὸ γυναικός. Aperte vero & proprie περιφερόμενον dixit, quod in orbem instrui convivia solebant.

Ὅτῳ πρὸς τέκνα — γυναῖκα — ἀρχὰς — πλῆτον) se. διακείμενος ἰδίῳ v. διάκεισο, sic erga liberos &c. affectus eris v. liberorum in causa te geres.

Ἄξιός τῶν θεῶν συμπότης) συμπότης, συνάρχων, hi fastuosi, neque tamen omnino vani & inanes tituli sapientis Stoicorum sunt. iidem amici, necessarii, similes Dei, discipuli, amulatores, ut passim SENECA, v. inpr. de provid. c. I. filii Dei, ARRIAN. I. 19. Inde ad suum sapientem & σπυδαῖον, potiori quidem jure, transtulit PHILO Judæus, quem vid. passim v. c. de vita Mosi I. p. 485. ed. Colon. H.

Ἄξιός θεοί τε ἦσαν) Divini, notum inter philosophos Epitheton, Stoicis proprie quasi propterea conveniebat, quod humanitatis quasi contagio liberati videri volebant. Omnino præstantissimum quemque & optimum notat. Inter Aristotelicos & recentiores deinceps adeo tritum & vulgare nomen factum est, ut id sibi facile quivis Magistellus arrogaret. H.

C. XVI. Ἀποθανόντος) Hanc vocem pro ἀποδημόντοσ substitui, quippe quæ τῷ ἐν πένθει & τῷ κλαύντι & τῷ ἐν κακοῖσ ὄντοσ αὐτῆ magis sit propria.

Ὡσ ἐν κακοῖσ ὄντοσ αὐτῆ τοῖσ ἐκτόσ) quasi vero in malis versaretur ille, quæ sunt externa: sermonum suum illorum ad disciplinam accommodat, qui præter honestum ac turpe alia bona vel mala se. externa statuebant, cum ipse contra, ut Stoicus, talia non agnosceret.

Μὴ ὀκνεῖ συμπεριφέρειν αὐτῷ) συμπεριφέρειν dicitur de hominibus officiosis & commodis, qui facile se ad alterius ingenium & voluntatem componunt & accommodant: quod ARRIAN. I. 29. II, 16. III, 2. 16. IV, 2. valde, omninoque Stoicis, frequentatum. Nam apud LAERT. VII. 108. secundum Zenonem inter officia vitæ refertur τὸ συμπεριφέρειν τοῖσ φίλοισ. SIMPLICIUS & ipse Arrianus III. 16. per συγκαταβάσιν descendere, demittere se, flectere animum, concedere temporibus explicat. Hinc συμπεριφορᾶ, de qua & cautione circa eam disputat ARRIAN. III. 16. SIMPL. p. 268. si convivio interesse oporteat συμπεριφορᾶς ἐνεκεν, obsequii vel officii causa p. 279. διὰ τὴν τῶσ πολλῶσ συμπεριφορᾶν, leg. πρὸσ τῶσ πολλῶσ. Apud LAERT. VII. 13. in laude Zenonis ponitur, ὅτι ἦν εὐσυμπεριφορὸσ, nostrates, ein guter Compagnon, es ließ sich gut mit ihm umgehen. H.

C. XVII. ἂν βραχὺ, βραχέος) ita supple: ἂν βραχὺ θέ-
λη, ὅτι βραχέος ὑποκριτῆς εἶ' item infra, ἂν μακρὸν, μακρῶς.

"Ἴνα καὶ τῶτον ἐυφωῶς ὑποκρίνη) subintellige, ὄρα, vel,
βλέπε, vel, μελέτω σοι, aut repete μέμνησο.

C. XVIII. Ὁφελεῖν αὐτῶν) Notetur, quod ipsum
quoque notavit Heynius, quæ sit differentia inter ἀπὸ τινος, &
ὑπο τινός, cum illud consequentiam ex re quadam, hoc effe-
ctionem a causa quadam denotat.

C. XIX. Ἐὰν εἰς μηδένα ἀγῶνα καταβαίνης) sc. cum aliis
de rebus externis, quæ sunt extra tuam potestatem: quod qui-
dem longe aptius est & sequentibus convenientius, quam, quod
Heynius voluit, cum ipsis rebus externis.

C. XXII. ὡς καταμ. — σε πολλῶν) Non dubito legen-
dum esse τῶν πολλῶν cum articulo. οἱ πολλοὶ sunt plebs, vul-
gus, expers philosophiæ, ut infra c. 35. H.

"Αὐτῆ ἢ ὀφρῶς) Erat philosophorum istius temporis in-
signis superbia, fastus & arrogantia, quam inprimis super-
cilio adducto & alce sublato palam præ se ferebant. Itaque
ἀνατείνειν, ἀνάγειν, ἀνασκάμ, ἐκαίρειν, ὑπεραίρειν τὰς ὀφρῶς
dicebantur. Hinc & ὀφρῶς simpliciter pro fastu ac su-
perbia, sicut apud Latinos supercilium. Notum illud JUVEN.
SAR. VI. 167. si cum magnis virtutibus affers grande superci-
cium. H.

C. XXIII. Ἐνθασίς, institutum vitæ, non temere, sed
cum ratione susceptum, firmum vivendi propositum. Ἀπά-
λεσας τὴν ἐνθασίαν, institutum tuum perdidisti h. e. quod Latini
dicunt, de gradu dejectus, depulsus es, gradum non tenes, a
pugilibus ducta metaphora.

'Ἰκανὸς εἶσαι) satis magnus eris sc. philosophus, vel pro
ικανὸν εἶσαι σοι τῶτο, hoc tibi satis erit :: quanquam prius illud
mihi magis placet, ut ad contextam verborum & rem ipsam
accommodatus.

C. XXIV. §. 1. Ὅτι μᾶλλον ἢ ἐν ἀισχυρῶ) Tibi nempe
turpe nequit esse, quod non est tuæ, sed alienæ potestatis, ne-
que adeo malum, quia nihil præter turpe malum est, ut Stoi-
cis placuit.

§. 3. Κτῆσαι ἐν, φησίν) quasi φησί τις, dicit quis, im-
personaliter dictum, omnis personæ ac numeri est, ut h. l.
φησὶ singulare, cum ἡμεῖς prima plurali conjungitur. Alias
vulgo φασί.

§. 4. Καὶ τί τῶτο;) sc. πρὸς σε vel λέγεις, ut supra, ποίαν
τάυτην βοήθειαν sc. λέγεις, quod ex antecedenti, τί λέγεις τὸ ἀβο-
ήθητον, repetendum est.

§. 5. Φυλάττων ἄμα τὸν πιστὸν καὶ αἰδήμονα) sc. ἀνδραγωγὸν v. πολίτην v. ἄνδρα. Magna sc. hīc & insignis articali vis talem sensum prodit: *si fidum illum & verecundum virum v. fidi illius & verecundi viri locum simul tuearis.* Similes phrasen ex *Arriano* citat *Heynius*, quarum exempli causa hæc una instar omnium erit, L. III. 4. εἰ τὸν ἀπαθῆ πηρεῖς, εἰ τὸν ἀκατάπληκτον, εἰ τὸν κατεσαλμῆνον. Quare versio, *fidum te ac verecundum servans*, quasi scriptum esset, Φυλάττων ἄμα σεαυτὸν πιστὸν καὶ αἰδήμονα phrasenos vim ac robur haud parum debilitat.

C. XXV. §. 1. Τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι) sc. ἐκείνῳ τῷ κοινῶντι, aequali (cum illo, qui facit) honore dignus censerī v. aequalens cum illo honorem mereri.

§. 5 ὃν ἐν ἔδειξες) Verba, τὸ μὴ ἀνυποχέσθαι αὐτῷ ἐπὶ τῆς εἰσόδου, quibus hoc caput clauditur, absunt a Regio, & edit. *Salmast.* & mea quidem sententia recte: accessisse enim videntur e margine, cum quis aliud exemplum commodi, coenæ vice oblati, adscripsisset: multo magis etiam hoc apparet e Paraphrasē, qui his multa præterea alia adtexit. H.

C. XXVII. Ὡστερ σκοπὸς — γίνεται) Dictum & enthymena profundi sensus, qui ex disciplina Stoicorum sic erui, mea quidem sententia debet: *Si, quod malum nobis sit, extra nos in mundo esset, utique nobis esset, quippe rebus humanis permixtum, a natura propositum ceu scopus quidam, quem declinare vel evitare neque possemus, neque deberemus, quia quicquid in mundo existit, id scopum habeat, necesse est, & σκοπὸς ἔτιδεσθαι πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν: atqui jam nos natura nostra declinamus id, quod malum est: ergo malum non potest extra nos in mundo esse. Vel ita brevius: Quicquid in mundo existit id ceu scopus existit, nec ullus scopus ad aberrandum ponitur: atqui malum sic naturam comparatum est, ut ab eo aberrare debeamus: ergo non potest esse scopus, nec in mundo existere.* Nam si existeret, natura in mundo existentis rebusque humanis permixti mali & natura nostra sibi invicem plane esset contraria. Quare, nisi fallor, hoc enthymemate suo *Epictetus* id demonstratum voluit: *nihil in mundo extra nos esse, quod ut malum aversemur præter id, quod turpe sit.* Atque adeo hæc verba, ἴσως ἔδὲ κακὸς φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται sic verto: *ita ne mali quidem natura in mundo existit.* Est autem natura mali nihil aliud quam ipsum malum. Particulis autem similitudinis ὥστερ, καθὼς, & subsequenti ἴσως, ἴτω καὶ, haud raro antecessionis & consequentiæ rationem fuisse, notum est. Succurrit Rom. I. 28. καθὼς ἐκ ἐδοκίμασαν. Sin falsus forem hac interpretatio-

ne, dabo *Heynianam*, quæ hæc est: *malum in mundo non ita existere, ut quis plane immunis & intactus eo esse possit, aut postulare debeat, ut sibi, cum homo sit, nihil humani h. e. nihil adversi unquam eveniat: itaque post videtur repeti vult τὸ ἀποτυχεῖν.* At vereor, ut *Epictetus*, quod *humanum est, adversum unquam vel malum* dixerit. Nam si sibi consentiet, nihil *malum vel adversum nobis* statuet, quod est extra nos, & extrinsecus sic accidit, ut non sit in nostra potestate positum; multoque minus, quod sic nostræ naturæ congruit, ut *humanum* dici queat. Nihil omnino vel *aversandum vel expetendum nobis ille voluit, nisi quod nostrum sit & in nostra potestate positum, & aversionem omnem ad τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν læpius jussit revocari.* Syllogismum igitur, quæ *Simplicius* inesse in *Epicteti* verbis statuit, hunc ego cum *Heynio* minime improbaverim, sed insertis verbis sic interpretor:

Ἐὶ τὸ προηγουμένως κατὰ φύσιν ἐν κόσμῳ γινόμενον ἐκ ἐστὶν ἀποτυχία σκοπεῖ (ο: σκοποῦν ἔχει πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν μήποτε γινόμενον.)

Τὸ δὲ κακὸν ἀποτυχία σκοπεῖ ἐστὶ (ο: γίνεταί πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν.)

Δηλον, ὅτι τὸ κακὸν ἐ γίνεταί προηγουμένως ἐν τῷ κόσμῳ.

C. XXIX. §. 1. Ἀναφανέντων τινῶν, ἀισχρῶς ἀποσῆσθαι

Sic placuit edere pro *ἀναφανέντων τινῶν ἀισχρῶν, ἀισχυιδήσῃ* de qua mutatione, digna est, quæ huc referatur ingeniosa *Heynii* conjectura: "quæ subnasci possunt, non tam res turpes & inhonestæ, τὰ ἀισχρὰ, quam potius res difficiles, salebrosæ sunt, δυσκατὰρδύτα, δυσχερῆ, hæc faciunt, ut temerarii coepti poeniteat. Itaque locum laborare facile intelligas. Restituendus ille scilicet ex *Arriano*, in quo legitur, ἀναφανέντων τινῶν ἀισχρῶς ἀποσῆσθαι. Verosimile itaque, vulgatam lectionem ex interpretatione ortam esse; cum quis ad exponendum τινῶν adjunxisset ἀισχρῶν; hoc postea loco pepulit τὸ ἀισχρῶς & tum ἀισχυιδήσῃ, quod glossema erat τῆ ἀισχρῶς ἀποσῆσθαι, repositum."

§. 2. Δεῖ σ' ἐντακτεῖν — ὡς ἐτύχει) De toto hoc loco videtur *ONOMAT. gr. fact. p. 190. cfr. 1 Cor. IX. 25. πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται.* Nec non h. l. adolescentes, jubente *Heynio*, meminerint illud *Horatii: qui cupit operam cursu &c.* — In his "mirum videri potest (verba sunt *Heynii*) cur frigida interdictum fuerit athleticis, quæ tamen ad corpus roborandum efficacissima a medicis proditur. Nolo jam excutere in *Hippocratis* libellum de liquidorum usu. Sufficit hic potiones arte frigidatas intelligi, quælis decocta *Neronis* ac similes aliz. Nec verò altera ex parte calidam athleticis præbitam

bitam fuisse neesse est, quibus corporum robur frangi debuisse quis non videt? sed usos eos credere licet aqua temperata & in neutram partem notabili."

(Ὡς ἱατρὸ παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιστάτῃ) Ἱατρὸς h. l. non *gymnastarcha*, sed *gymnasta*, *paedotriba*, *aliptra* i. e. *præfectus & magister certantium & exercentium se in gymnasio*. Hi homines præterquam quod ungebant fricabantque athletas, profitebantur artem aliquam comparandi corporibus non bonam habitudinem tantum, & robur, sed etiam colorem nitoremque, morbos vero, in quos e nimia sagina proclive est corpus, arcendi & curandi: itaque præscribebant certam aliquam diætam valde reprehensam GALENO in *Protr. ad artes* c. 9. 30. seqq. cujus etiam libellus: *κότερον ἱατρικῆς ἢ γυμνασικῆς ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν*. Tom. VI. ed. *Charter.* H.

(Ἔϊτα εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι) Hæc depravata esse nemo suspicaretur, nisi *Arrianus* exhiberet; εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παρορύσσεσθαι. Videtur vero *παρορύσσεσθαι* esse, quando e fossa, in qua certaturi consistebant (*ὄρυγμα* *Lucianus* vocat; *σκάμμα* in publico certaminis loco dictum videtur) arenam in se invicem conjicerent, & se conspergerent, ut manus eo firmius in membris injectæ sederent. Vid. *LUCIAN. de Gymnas.* p. 270. Aliter *CASAUB. Lect. Theocrit.* 6. H.

(Πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν) De haustu pulveris, quo se lustraturi mutuo conspergebant, notus locus. *OVIDII met.* IX. 35.

Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis

Inque vicem fulvæ tactu flavescis arena.

Et ipsum *barbe* latine dixit *MARTIALIS* VII. 67. & *flavescis barbe*: at glossa interlin. exponit *πολλὰς χειρὸς πληγὰς καταδέσσεσθαι*. Sic *καταπιεῖν* foret, quod Lat. *devorare*. Hanc interpretationem omnino spernere nolim, cum & de iis nunc sermo sit, quæ in ipso certamine fiunt, *barbe* vero certamen antecessisse videatur, & *παρορύσσεσθαι*, quod idem denotat, jam memoratum fuerit. H.

(Ἐὰν ὅτε καὶ μισθολογῆσαι) flagris sc. ab *Hellænodicis* aut illorum jussu ab *Alytarchis* cædebantur Athletæ, si quid contra certaminis leges commississent. Vid. *ONOM. gr. sacr.* p. 189. 190.

§. 6. (Ἐπίτροπος Καίσαρος) *Procuratores Cæsaris* dicebantur, quibus in minoribus provinciis redditus fiscales mandabantur, ex equitibus fere vel libertis Cæsaris, qui interdum cum jurisdictione atque etiam cum imperio erant. H. in *Ind.*

C. XXX. Σχέσεις, *relationes mutuae* i. e. ejusmodi affectiones rerum, quibus quasi vinculis quibusdam ita continentur diversæ res, ut una, quamvis realiter differant, concipi sine altera nequeat, ut *pater & filius, dominus & servus, maritus & uxor &c.* quæ quidem relationes quoque, recte notante *Heynio*, sunt *rationes, quæ inter aliquos affectiones & officia temperant*: si nimirum de talibus, qui officiis mutuis contineri possint, sermo sit.

C. XXXI. §. I. Καὶ αὐτὸν εἰς τὸ τοῦ κατατάχεται) Hoc vulgo passive vertunt, *ad hoc te ordinatum esse*. Miror, qui tum hoc pars pietatis sit. Ego vero active sumo sic, ut præcipuam partem pietatis esse dicat, *si quis, præter rectas de diis conceptas opiniones, ipse ultro hunc sibi vitæ locum tuendum sumserit v. in hoc vitæ loco tuendo semetipsum collocaverit, ut illis pareas* i. e. *hanc vitæ rationem constanter servet, teneat, tueatur.*

Ἀκολοθεῖν ἐκόντα) sc. non τοῖς θεοῖς, sed πᾶσι τοῖς γινόμενοις, quam constructionem postulat, quod sequitur, *ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελεμένοις*. Sed de sola constructione verborum loquor: nam alias, qui res a Deo factas sequitur, Deum sequitur, ejusque se voluntati accommodat.

§. 4. Ὅτι γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές) Scilicet ex Stoicorum rationibus sententia horum verborum constituenda, nec arbitrandum *Epictetum* omnis pietatis causas ab utili repetere. Sed naturales hominum appetitus & aversationes non admittunt, ut quis pie colere & amare possit numen, a quo se lædi & bona seu negari seu eripi putet. Ab veris itaque de bonorum natura judiciis pietatis sensus pendet. Est hoc ita saltim circumscribendum, ut pie colere numen possit nemo, qui illud boni quidquam in se conferre nec velle nec posse sibi persuasum habeat: contra eum, qui omnium bonorum, quibus se & alios cumulos videt, fontem & causam deum esse reputat, pietatis sensu contactum animum habere necesse est. H. Quid vero, si hac sententia illorum potius taxat stultitiam, qui nullam pietatis causam nisi ab utili, & ab eo, quod ipsis tale videatur, repetunt? Certe cum hoc sensu convenit, quod antecedit *τὸ ἀγαθὸν οἰεῖται τὴν τυραννίδα*, & quod sequitur: *ὡς ὅτις ἐπιμελεῖται τὸ ὀρέγεσθαι, ὡς δὲ, καὶ τὸ ἐκκλίνειν, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ τῆς εὐσεβείας ἐπιμελεῖται.*

§. 5. Ἐπασσομένως) Hoc utpote τῷ καθαρῶς oppositum adverbium participiale *impuritatis & sordiditiei* notionem quandam adferat ad hunc locum necesse est, & illius quidem, quæ *animorum est atque vitæ sorditiei*. Proprie de eo dicitur τὸ

επισσευρμένον, quod, dum trahitur, terram stringendo contractis sordibus conspurcatur: unde ad animi vitæque contractas sordes transferri commode posset. Cæterum aliter alii. Sin τὸ καθαρῶς de animi quadam simplici spontanea & sincera pietate intelligas, τὸ *επισσευρμένως* fortasse de eo opposite poterit intelligi, qui ad sacra facienda lentus ac inuitus & metu legum quasi coactus pertrahitur. Per negligenter, socorditer, supine, interpretatus est Heynius, qui notionem ductam putat ab incessu tardo & fracto, sive e mollitie aliqua muliebri, sive e vulnere aut lassitudine. Ego vero *pertrahendi* sententiam subesse voci putans locum sic danice reddiderim: Enhver bør ofret til Guderne efter sit Fædernelands Skik, af et reent rebeligt og villigt Hierte, og ikke saaledes, at han skal synes ligesom at lade sig slæbe dertil, (nemlig af Frygt for, at han ellers af sine Landsmænd skal blive anseet som en Guds og Religions Foragter.)

C. XXXII. §. 1. Ὅποιον δὲ εἶ ἐστιν) quale, cujusmodi, cujus generis sit, quicquid evenerit, quod nimirum sit vel τῶν ἐφ' ἡμῶν vel τῶν ἐκ ἐφ' ἡμῶν, sin hoc, μήτε ἀγαθόν, μήτε κακόν. A philosopho nempe requirit, ut discrimen illud rerum, quod ab initio proposuit, sibi semper ob oculos positum habeat.

§. 2. Ἐὶ δὲ μὴ, τρέμων αὐτὸν πρόσσει) Sin minus v. alioquin tremens ad illum accedis. Ita vulgo. Sed Conjecturam Heynii secutus si locum ita constituas, μὴ φέρε — μηδὲ τρέμων αὐτὸν πρόσσει, ἀλλὰ διεγνωκῶς, redde sic, neque tremens ad eum accedās, sed tanquam is, qui apud te hoc jam judicatum habeas. Cæterum si, quod ille noluit, neque nos sollicitabimus, & hoc, εἰ δὲ μὴ, τρέμων αὐτὸν πρόσσει, uncis ceu μεταξυλογίαν quandam includemus, participium διεγνωκῶς cum præcedenti μὴ φέρε poterit haud inepte construi.

Ὅποιον δ' ἂν ᾖ) Sic intelligo, quasi plene scriptum esset, ὅποιον δὲ ἂν ᾖ, quaecumque, quale tandem fuerit.

§. 3. Ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τὴν ἀναφορὰν εἰς τὴν ἔκβασιν ἔχει) τὸ ἐφ' ὧν resolve sic, ἐκ' ἐκείνων τῶν πραγμάτων, ἐφ' ὧν, illis de rebus, de quibus, & totum sic intellige: quarum rerum tota consideratio eo spectat, ut de eventu, quem ipsi perspicere non valemus, per oracula & vaticinia certiores fieri velimus. Nam de talibus rebus tantum vates consulendos voluit Socrates teste Xenophonte Mem. L. I. 1. sect. 6. qui præsentem Epicteti locum optime sic interpretatus est: περὶ τῶν ἀδήλων, ὧν ἂν ἀποβήσοιτο, μαντευομένους ἔπεμπεν.

§. 3. Ἀφορμαὶ δίδονται) Construe cum ἐφ' ὧν — ἐκ δόξων, de quibus ex ipsa ratione suppetunt occasiones v. de quibus

bus ipsa ratio occasiones i. e. principia præbet ad considerandum &c.

Ἐνὶ λόγος παρίσταναι) ratio adest, subest, cur optuleris, nisi malis ardeat ὁ λόγος, ratio dicitur, fundet, jubet, quæ philosophis aliisque scriptoribus Græcis frequentissima loquendi ratio est.

Ὅς ἐξέβαλε) Duo Delphos petitori in latrones incederant, a quibus, cum alter occideretur, alter fuga elapsus Delphos pergeret, a Deo jussus est templo exire, hoc oraculo :

Ἄνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρῶν πέλας, ἐκ ἐπαμίνας

Ἥλυθες ὁ καθαρὸς· περικάλλεος ἔξειδι σηκῆ.

O presens aderas pereuntem quisquis amico,

Attuleras nec opem, templo decede, profane. H.

C. XXXIII. §. 2. Μάλιστα δὲ μὴ περὶ ἀνδράπων) non est, quod suppleamus τὸ λέγωμεν, sed repetamus saltem vel subintelligamus illud ἐπὶ τὸ λέγειν ἤξομεν, quocum hoc construendum Autor voluit.

§. 3. Ἐὶ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις ἀπολυφθῆς τύχοις) Si extraneorum consortio interceptus fueris i. e. si extraneis, vel potius, alienis ab instituto tuo & prava consuetudine corruptis hominibus, circumstipatus fueris, qui te vetus interclusum suo consortio tenent.

§. 10. Ἐὶς τὰ θεάτρα &c.) Ad hæc intelligenda meminisse necesse est illius seculi furorem, quo ad spectacula & ludos sive scenicos, sive circenses, ferebantur; porro aurigarum in circo factiones, & studia spectatorum, qui vel huic factioni vel illi faverent. H.

Ὅτι γὰρ ἐκ ἐμποδισήσῃ) quo minus se, fiat, quod velis, cum nihil velis, nisi quod fit.

Ἐπιτολῶ ἐπιμινεῖσθαι) refer ad gestus indecentes ex imo modico studio v. c. ridendo, applaudendo, assurgendo, etiam indignando, si factio, cui faves, superetur. H.

§. 11. Ἐὶς ἀκροάσεις μὴ εἰπῆ, μηδὲ βραδίως περὶ δι) Sunt ἀκροάσεις Gellio & Seneca auditiones, cum in coetu hominum, amicorum præcipue & familiarium, recitamus, quæ scripta nobis sunt & elaborata; quemadmodum fere nostra ætate in Academiis & Societatibus litterariis fieri solet; eædem dictæ recitationes & ἐπιδείξεις, hæc quidem in solenni fere hominum coetu. Ita Luciani pleraque scripta nihil aliud nisi ἐπιδείξεις sunt. Ut vero vel optima instituta temporis successu depravantur, ita hæc recitationes, Imperatorum præsertim temporibus, tantum vanæ ingenii ostentationis causâ, a Rhetoribus & Sophistis, atque etiam a philosophis instituebantur; hi qui-

dem de aliqua quaestione e sua disciplina petita inani & inutili verborum copia disputabant: ejusmodi homines designat h. l. noster, cum *εις ἀκροάσεις τινῶν* dicit. H.

§. 12. *Ἐν ὑπεροχῇ δοκῶντων*) *Qui eximia quadam gloria, existimatione vel dignitate praeclunt*, sicut Gal. II. 2. *τοῖς δοκῶσι, οἱ δοκῶντες, τῶν δοκῶντων*, ubi τὸ εἶναι τι, quod v. 6. additur, e glossa, ut quod alias subintelligendum sit, & addi quoque posset, profectum videtur.

§. 13. *Ὅτι ἀκ ἤν τοσούτῳ*) v. *tanti hoc non erat, ut ad eum venirem, cum nihil inde profecerim*, v. potius, *tanti non erat ille homo*, ut officii causa ad illum accederem: v. interrogative, *non eram tanti?* v. sine interrogatione, *ne tanti quidem ab illo habebam*. Haecenus H. — Ex his quidem qui sensus sequentibus sit convenientior, haud facile quis dixerit: indignationem autem inopinatis rebus percussis & adstupentis hominis omnes manifeste produnt.

C. XXXIV. *Ἐκδεξάσθω σε τὸ πρῶγμα*) *expectet te res h. e. differatur, nec statim ei indulgeas, sed intacta maneat & integra, donec animo tranquillo eam dispexeris*. H.

C. XXXVI. *Τὸ διελεγμένον* apud veteres Logicos dicebatur *propositio disjunctiva vera, qua fundamenti loco posita, conclusio ab uno posito ad alterum tollendum rite procedit*. Sic ΣΕΥΤ. ΕΜΡ. Ρ. Η. Λ. II. c. 13. p. 102. *ed. Fabr. τὸ διελεγμένον* hoc exemplum prodidit: *ἢτοι ἡμέρα ἐστὶ ἢ νύξ ἐστὶν*: unde concluditur: *ἡμέρα δὲ ἐστὶν, ἀκ ἄρα νύξ ἐστὶν*. Ad illud igitur *διελεγμένον* vim habent haec duo lemmata, *ἡμέρα ἐστὶν & νύξ ἐστὶν*, quia, cum sint opposita, veram disjunctivam illam, *aut dies est, aut nox est*, exhibent.

Μεγάλην ἔχει ἀξίαν) Sensu philosophico tam theoretico, quam practico sive morali *ἀξία* est *pretium, momentum, valor, vis alicujus rei*, quae *πρὸς τι* idonea est, &, quod debeat, confert. *Ἀπαξία* contra *valoris ac momenti* illius defectum denotat. Ad sensum morale quod attinet h. l. relatu dignissima sunt, quae notavit *Heynius*. "Stoicis peculiari aliqua ratione *ἀξία* dicta est. Erat iis in *Ethica* locus *περὶ τῆς πρώτης ἀξίας*, qui sequebatur locum *de virtute & sine honorum*. V. LAERT. VII. 84. Nempe his, praeter bonum & malum, erant cetera *indifferentia, ἀδιάφορα*: horum tamen alia dicebantur habere *ἀξίαν* h. e. *astimationem, aestimabilia esse*, quod *aut secundum naturam essent, aut tale quid, ut selectione propterea digna essent* (CIC. *Fin.* III. 6.) alia habere *ἀπαξίαν*, *nulla aestimatione digna, inastimabilia esse*, quae superioribus contraria, ut vel contra naturam essent, vel nihil haberent, cur *sumerentur*

ταῦτα ὁ σέλιγγοντα. V. CIC. Fin. III. c. 15. 16. IV. 21. 25. Acad. I. 10. cf. LAERT. VII. 105. Adde GATAK. ad Marc. Ant. III. 11. "Ex iis ipsis vero alia causam habere videbantur, quamobrem quibusdam anteponebantur, alia non habere: ista προηγμένα προϊόντα; προαφιστα vel προαίτια, hæc ἀποπροηγμένα ρεζεκτα. v. jisd. l. 1." At sensu theoratico & magis generali ἀξίαν habere dicebatur, *cujus esset vel aliquod pretium, propter quod alteri preferendum esset* (ut ap. ARRIANUM I. 2. p. 13. ubi dicit, *ad adjudicandum quid rationi consentaneum sit, ταῖς τῶν ἐλατῶς ἀξίαις συγχράμαδα*) vel *momentum, quod ad hanc vel illam rem conferret*, ut h. l. πρὸς τὸ διελεγμένον ad *formandam veram disjunctivam*.

Τὸ συμπελεγμένον (συνημμένον) apud eosdem Logicos dicebatur *propositio copulativo-hypothetica, qua principii loco posita, ab uno cou. antecedente posito ad alterum - seu consequens ponendum: & cum illo quasi copulandum argumentatio (συνακτικὸς λόγος) rite procederet*. SEXT. EMP. P. H. L. II. c. 12. p. 97. hujus tale: prodidit exemplum: *εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστὶ ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστὶ φῶς ἀρα ἐστὶ*. Jam ad ejusmodi συμπελεγμένον nullam vim (ἀξίαν) habent ista lemmata, *dies est, &, nox est*; nam si jungas (συνάψεις) tali συμπλοκῇ, *si dies est, etiam nox est*, ex hac ut falsa propositione nulla procederet argumentatio. At Clarissimus noster Heynius ad h. l. quid cogitaverit, nescio; quod τὸ συμπελεγμένον sic formaverit, *si dies est, nox non est*, ut ad quam ἀπαξίαν haberent ista duo lemmata, *dies est, & nox est*, cum ad hanc tamen rite & cum veritate formandam utpote illi disjunctivæ, *aut, dies est, aut nox est*, æquipollentem, eandem, ac ad illam, ἀξίαν haberent, necesse est. Nam ex vera disjunctiva formari posse hypotheticam, *cujus consequens per negationem tollitur*, nemo non Logicæ peritus intelligit.

Πρὸς μὲν τὸ σῶμα) h. e. *si tui corporis solius rationem haberas*: hoc nimirum est, quasi διελεγμένον τι, quo te quasi *disjunctum* ab aliis solum & seorsim spectas. Claudicat hæc paræ instituta comparatio, neque plene & plane in applicatione expressa similitudo est, sed sub phrasi πρὸς μὲν τὸ σῶμα delitescit, ex opposito & institutæ comparationis principio explicanda.

Πρὸς δὲ τὸ φιλάει τὸ κοινῶνικόν ἐν ἐπιπέτῃ) Hoc in comparatione illi τὰ συμπελεγμένα respondebit: nam sicut ista lemmata, *dies est, &, nox est*, ad disjunctionem quidem ἀξίαν, ad plerum vero conjunctionem, *si dies est, nox est, ἀπαξίαν* habebant, sic in vita, ut in convivio quodam, actio omnis, qua

te solum respicis, ad disjungendam quidem societatem, quam cum aliis hominibus haberes, μεγάλην ἀξίαν habet, sed ad illam copulandam & continendam ἀπάξιον. Cic. Offic. III. c. 5. si unusquisque nostrum rapiat ad se commoda aliorum, destrabatque quod cuique possit, emolumentum sui gratia, societas hominum & communitas everteatur, necesse est. Cætera, me iudice, de convivio proprie quidem & proxime totum hoc suum præceptum, sed de vita communi universa parabolice & remote Philosophus voluit intelligi.

C. XXXVII. Ὁ ἠδύνασο ἐκπληρῶσαι, παρέλπιες) Hoc & proprie bene dictum & translate. Qui personam s. faciem fictitiam grandiore & ampliorem, quam pro suo ore, induerit, is eam non explere proprie dicitur, & qui majores sibi partes v. c. doctoris, magistratus, sumit. Fieri autem interdum solebat, ut histriones, sumta v. c. *Herculis* vel *Agamemnonis* personam, torvum & triste tuente, atque ore immane hiscente, cum incedere coepissent, molli & fracto gressu ingrederentur, cum vero dicere, tenuem & gracilem muliebrique non absimilem vocem emitterent. V. LUCIAN. Nigr. p. 26. πάνυ μείζον τῆς ἐμαυτῆ κεφαλῆς προσώπιον περικειμένος, & paullo ante: Ἀγαμέμνωνος, ἢ Κρίοντος, ἢ καὶ Ἡρακλείδου αὐτῆ προσώπων ἀνείληφότες, ut h. l. ἀναλάβης τι προσώπου. Sententia autem est gravissima, etsi hominibus, ne Christianis quidem, facile in mentem venire solet, cum partes, quas in republica, in civili vel domestica vita susceperat, male agunt, se non modo in hoc peccare, verum etiam in eo, quod quæ ab aliis geri melius potuissent, sua temeritate intercipiunt. H.

C. XXXIX. Ὡς κατὰ κρημνῶ) Sententia est: cum cupiditates tuas contineri non magis poterunt, quam is, qui ex arduo se precipitem dat. H.

C. XL. Τοιγαρῶν ὄραται — σωφροσύνη) Abruptior oratio & sic supplenda: Vident facinoræ, se dominas a viris appellari, & omnino hoc omni reverentia & honoris cultu se prosequi, nullius vero sibi rei, qua tanta cum veneratione adiri mereantur, conscia sunt: modestia enim & verecundia, quæ conciliare sibi illam debebant, aut se destitutas esse, aut, si non sine periculo se certe viris ea commendari sentiunt. Quid igitur? Viras unum in se florem ætatis suspicere vident, huic invidere, ejusque usum unico appetere. Hos itaque ut tanto magis incendant, ad ornatum confugiunt, in hoc uno spes suas posita habent, ad conciliandos sibi miseris. H.

C. XLI. Ἀφύια h. l. est non tam tardum & behar ingenium, quam humile, abjectum, minutum, sensu pulchri & bonesti

bonestis & decori destitutum, ignobile, adeoque ad philosophiæ studium ineptum. Huic opponitur *εὐφροία*, sicut & *εὐφροσύνη*, quæquæ omnino fit, homo naturali quadam sollertia præditus, & ingenii dexteritate & sagacitate ad res discendas, percipiendas, intelligendasque præditus, apud philosophos tamen de bona indole animi dicitur, cum ille jam impetu quodam suo ad pulcherrima quæque fertur, atque adeo ad philosophiæ præcepta amplectenda tantum monitore eget. LUCIANO Nigr. p. 42. *ἄνδρος εὐφροῦς ψυχῇ* hoc sensu dicitur; ubi mox, *οἷς τι ἐν τῇ φύσει φιλοσοφίᾳ συγγενὲς* cf. XENOPH. Mem. I. 6. 13. IV. 1. 2. 3. 4. LAERT. VII. 129. *τὴν πρὸς ἀρετὴν εὐφροίαν.* H.

C. XLII. *Τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον*) Verum, quod inest in propositione composita, quæ duo lemmata copulat, quorum ab uno vere concludi possit alterum e. g. *si dies est, lux est.*

C. XLIV. *Ἀδύνατος ὁ μὴ συνάγεσθαι δυνάμενος, ejus est nulla consequentia, qui conjungi & conciliari nequit, nec συνηγμένον, aut συμπεπλεγμένον, ullum verum efficere e. g. si dicitur sum, etiam melior: si doctior sum, etiam sapientior.*

C. XLV. *Ἄσεται τις ταχέως* i. e. *ante tempus diei solitum.* Erat autem hoc hominum mollium & effeminatorum aut libidinosorum. Itaque Hadrianus apud Spartian. 22. antiqui moris severitate revocata, *ante octavam horam in publico neminem nisi agrum lavari passus est.* H.

Πρὶν γὰρ διαγνώσθαι τὸ δόγμα) Wolfius recte vertit, *primum quam id decretum adjudicaris*, nempe *ὑπόληψιν* illam tuam s. id, quod tuus animus judicat, cum primum eum visa ferierint, aut etiam decretum alterius, *ἅφ' ὃ τις ποιεῖ ἕκαστα* & sic accipiendum esse, apparet ex ARRIAN, IV. 8. unde hæc fere descripta. H.

Οὕτως δ' συμβήσεται σοι ἄλλων μὲν φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν, ἄλλοις δὲ συγκατατίθεσθαι) Hæc est, quod CICERO ait L. I, Offic. 6. cavendum esse, *ne incognita præcognitis habeamus, hisque temere assentiamus: quod visum esse, qui volent, adhibebit ad considerandas res & tempus & diligenter.*

φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν) Κατάληψις, quam CICERO comprehensionem, perceptionem reddidit, Stoicis erat, eam acceperum & approbatum visum esset. Cic. Acad. I. II. nota. Hi homines dicerent, cum claram & distinctam de re ideam haberent. Κατάληπτου comprehensionibile dicebatur res, quæ comprehendendi nimis & percipi potest, & φαντασία καταληπτικὴ, visum comprehensionum, quod rei veritatem comprehendit h. e. quod & de re & secundum rem concipitur. Contra dicebatur

εἰς ἀκατάληπτον, quod comprehendi non posset & φαντασίῳ ἀκατάληπτος ejusmodi rei visum, quod vel non de re, vel de re quidem, sed non secundum ejus naturam conceptum sit. Jam συγκατατίθεσθαι vel προαπειδοῦσθαι assentiri dicitur animus, qui visum noscitur, adjudicat, & approbat, inque judicio suo acquiescit, & συγκατάθεσις assensio, approbatio, quæ quidem voluntaria. Nihil vero percipi sine assensione dicebatur. Itaque sensus h. l. ita tibi non eveniet, ut de aliis rebus visa comprehensiva percipias, claras & certas ideas concipias, aliis vero assentiaris, nempe temere conceptis, opinione tantum, cum scilicet nullis, nisi comprehensis & perceptis assentiri debebas. H.

C. XLVI. §. 1. Περὶ τῶν θεωρημάτων). Θεωρήματα sunt propositiones quædam s. quæstiones ad disputandum & in alterutram partem demonstrandum propositæ: quas, an apte satis CICERO de fato 6 & 8, percepta reddiderit, haud scio. Nostri theoremata græco nomine vocant, quod, ut nostris auribus familiarius & velut civitatis vel indigenatus jure donatum, retinebimus. Τὸ ἀπὸ τῶν θεωρημάτων sc. ἔργον ut in fine capitis.

Βεβήμενοι φιλοσόφους ἢ αὐτὸς συσάδημαι). Συνίσταμι τινὲ πρὸ φιλοσόφῳ, aliquem ad philosophum deducere, ut cui illum seu discipulum & auditorem commendet v. alicujus Philosophi disciplina aliquem tradere & commendare. Mira autem (verba sunt Hæynii) & singularis plane fuit ea in re Socratis modestia, quod rogatus ab adolescentibus, qui philosophiæ operam dare vellent, qui se magistro potissimum dederent, ad quemvis alium potius eos deduxit, quam apud se retinuit. Quamto hoc dignius philosopho, quam illud Chrysippi, qui roganti cuiquam, τίμιν συστήσω τὸν υἱόν, cui philosopho filium meum erudiendum dabo? mihi, inquit; si enim quemquam me præstantiorem nossem, apud eum ipse operam darem philosophiæ. LAERT. VII. 183. H.

§. 2. Ἐυδὸς ἐπιπέσαι, ἢ ἐκ ἐπιπέσας). Hoc ad juvenilem illam insolentiam referam, cum recentes adhuc ipsi e magistri doctrina & institutione, quæ temere arripuimus, placita & percepta, sedulo qualemcunque occasionem venati, crude in medium protudimus & sermonibus immittemus, ut sit adeo proferre ea, quæ ipse nondum satis animo imbiberis & persperis; cum de singulorum veritate convictus ipse prius esse debebas, ut ea amplius non tam magistri quam tua ipsius δόγματα essent, ut Epictetus loquitur apud ARRIANUM II. 19. H.

C. XLVII. Ἐυτελῶς ἡρμοσμένος κατὰ τὸ σῶμα) non is est, qui frugaliter corpus curare didicit, ut *Wolfius* reddidit: nam corpus curare inprimis ad victum spectat: at ἡρμοσμένος, mea quidem sententia, ad cultum habitumque, quando ille, fastu remoto, ad modestiam componitur. Ἐυτελῶς ἡρμοσμένος κατὰ τὸ σῶμα igitur mihi videtur esse, qui vestitu, omninoque cultu corporis vili, tenui & exili utitur. H.

Μὴ τὰς ἀνδριάντας περιλάμβανε) Genus exercitii ad domandum aut durandum corpus frigori ferendo, erat & hoc, ut hyeme nudi statuas æneas vel marmoreas nive conspersas amplecterentur: quæ res haud parum ostentationis ad vulgus habebat. H.

Ἐκπτουον) ita exerce te ad cupiditates & libidines perdomandas, ut torrente siti incensus non tamen aquam, ore bauftam, per fauces demittas, sed exspuas. H.

C. XLIX. Τὰ Χρυσίππου) Ante ed. *Salm.* vulgo addebatur βιβλία, quod fere sermonis usu omitti solet. Erant vero *Cbryssippi*, Stoicorum principis, scripta, mire jejuna, exilia & inprimis obscura, ut satis notum est, itaque interpretegebant. H.

C. L. §. 3. Ὡς τέλειον καὶ προκόπλοντα) Vertunt vulgo, ut vivas tanquam perfectus & proficiens: quæ sententia nemo, præter unum *Simplicium* [p. 324. qui mira comminiscitur, impeditum se sensit, quanquam ea aspera & difficilis est: longe enim alia vita & status perfecti sapientis, longe alia proficientis; neque aliquis simul utramque rationem amplecti potest, non magis; ac quisquam scholasticam & aulicam vitam simul tueri. Itaque aut legendum (nisi καὶ in hunc sensum accipi posse putes) καὶν προκόπλοντα: licet proficiens adhuc, tanquam perfectus tamen vivere, perfecti sapientis institutum tenere, aude: aut verba, καὶ προκόπλοντα plane delenda. H. Sed fallitur, mea quidem sententia, qui τέλειον h. l. dici perfecte sapientem putat. Respicit Philosophus illum, quem supra dixit ἀνδρα τέλειον, oppositum τῷ μειρακίῳ: quare nihil est, quod impeditum aut de lectionis vel varietate vel mutatione sollicitum quenvam habeat.

Παρὰ μίαν ἤτιαν καὶ ἔνδοσιν ἢ ἀπολλυταὶ προκοπὴ ἢ σώζεται.) Hoc ita fere intelligo, ut vel παρὰ sit propter, vel eandem vim habeat ac in his, παρὰ μικρόν, παρ' ὀλίγον, quasi scriptum fuisset, παρὰ μίαν ἤτιαν καὶ ἔνδοσιν ἔρχεται ἢ ἀπολλυταὶ ἢ προκοπὴ ἢ σώζεται, in una clade & remissione situm est, utrum pereat, an servetur perfectus. Cæterum *Simplicius*, notante *Heurnio*, in suo verba sic recitat p. 325. παρὰ μίαν γὰρ ἡμέραν,

ραν, καὶ ἐν πρᾶγμα, ἢ σὴ προκοπῇ καὶ σώζεται καὶ ἀπόλλυται· cui favent verba ARRIANI IV. 12. pr. neque tamen vulgo receptam lectionem mutare Heurnius nosfer ausus est, credo, quod non sanum tantum illa, sed & facilem sensum exhibeat.

Ἐπὶ πάντων προάγων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλω προσέχων ἢ τῷ λόγῳ) Non magna vi divinatrice opus est, ut legendum esse animadvertas προσέχειν: & ecce tibi commode hoc ipsum offert Nilus cum Hæsi. ut & in ARRIANO est III. 23. p. 478. Totus vero locus sic interpretandus: *in omnibus rebus se ipsum incitans & impellens, ut uni rationi obsequeretur, nullius alterius rei ratione habita, & adumbratus est ex PLATONIS Critone, ubi Socrates: ὡς ἐγὼ ἔ μόνου ὄν, ἀλλὰ καὶ αἰ τοῖστος, οἷος τῶν ἐμῶν μηδενὶ ἄλλω πείθεσθαι, ἢ τῷ λόγῳ, ὅς ἂν μοι λογιζομένῳ βελτίστος φαίνεται.* Ex his apparet προσέχειν h. l. non simpliciter esse, *animum advertere*, sed, *parere, obsequi*, nam in Platone πείθεσθαι ejus loco est: & προάγειν ἑαυτὸν, quantum alias, *promovere, prouehere se, semper ulterius pergere*, significat, hoc loco tamen sententia notionem τῆς *monere, impellere, exigere* videtur. H.

C. LI. τρίτος, ὁ αὐτῶν τέτων βεβαιωτικός καὶ διαρθρωτικός) Tertius hic locus complectitur adeo Logicam technicam, proprie illam dictam, quæ locus de definitione, demonstratione, consequuntione &c. tradit. H. Dicitur autem βεβαιωτικός quia veris definitionibus rerum omnium fere nititur demonstratio, & διαρθρωτικός quia quas definimus res, eas a se invicem rite distinguimus, & quæ sunt singulæ, declaramus.

C. LII. Ἄγχι δὲ — ἐδὲν ἤτρον ἔψομαι) Jambi Cleanthis hi sunt, Stoici philosophi, Zenonis discipuli, Chryssippi magistri, Assi, quæ Troadis urbs fuit, nati. H.

Ὅσις δ' ἀνάγκη — ἐπίσεται) Euripidis Jambi sunt, notante SIMPLICIO p. 340. ex incerta tragoedia. H.

Ἀλλὰ καὶ τὸ τρίτον ὁ Κρίτων) Verba sunt Socratis e PLATONIS Critone T. I. p. 43. ἀλλ' ὁ Κρίτων, τύχη ἀγαθὴ ἐι τάττη τοῖς θεοῖς φίλον, τάττη ἔσω & in Apol. Socr. T. I. p. 30. ubi de suis accusatoribus: ἐμὲ μὲν γὰρ ἐδὲν βλάψει ἐτε Μέλτος, ἔτε Ἄνυτος· ἐδὲ γὰρ ἂν δύναιτο· ἔ γὰρ οἶμαι θεμητὸν εἶναι ἀμείμονι ἀνδρὶ, ὑπὸ χειρόνος βλάπτεσθαι· ἀποκτείνεις μὲν ἂν ἴσως, ἢ ἐξελάσεις, ἢ ἀτιμάσεις. H.